JO. GOTTLIEB. HEINECCII JC.

CONS. AULÆ REGLÆ PRUSS.
& in Ill. Viadrina Pand. & Phil.
Rat. & Mor. Prof. P. Ord.

ANTIQUITATUM ROMANARUM

JURISPRUDENTIAM ILLUSTRANTIUM

SYNTAGMA

ſecundùm ordinem

INSTITUTIONUM JUSTINIANI
digeſtum,

*IN QUO MULTA JURIS ROMANI
atque Auctorum Veterum Loca explicantur,
atque illuſtrantur.*

PARS PRIMA.

VENETIIS, MDCCXLIV.
Ex Typographia Balleoniana.
Superiorum Permiſſu, ac Privilegiis.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA - SALAMANCA

PRÆFATIO
NOVA
LECTORI BENEVOLO
S. P.

PRæter ea, quæ olim huic libello verboſius præfatus ſum, jam quoque ſunt, LECTOR, quæ paucis te volo. Qua occaſione ille mihi olim ſubitanea veluti opera natus ſit, ex vetere præfatione, ſi memineris, didiciſti. Fata tunc illi longe alia, quam quæ expertus eſt, ominabar. Non dubitabam enim, quin, quum plerique alieno ab his ſtudiis animo eſſe ſoleant, libellus non niſi meis, quibus illum deſtinaveram, auditoribus utilitatem aliquam adlaturus, adeoque extra academiæ in qua tunc publice docendi munere fungebar, Halenſi pomœria non multum conſequuturus eſſet celebritatis. Enimvero aliter accidit, ac quidem exiſtimaveram. Vix enim prælo exierat opuſculum, quum & exteri in ephe-